



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Procuratores Episcoporum, Abbatum, & Commendatariorum, qualem  
vocem habere possint in Concilio Provinciali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

mani, & ex dispositione Conc. Trid. Episcoporum jurisdictioni subiacent, etiam decretis Conciliorum Provincialium subduntur, ita quod contra inobedientes juris remedijs procedi potest, *ut in decis. super eod. cap. 2. §. nec tenentur.*

7 Possunt etiam ¶ procuratores Episcoporum decisivam vocem habere de consensu tamen Concilij Provincialis, sed Abbatum, & Commendatariorum procuratores vocem duntaxat consultivam in eod. Concilio habere possunt, *ut in eisdem decis. super eodem cap. 2. §. Abbates, & §. Episcoporum.*

8 Interesse ¶ possunt etiam Concilio Provinciali laici invitati, & in eo votum consultivum habere, *ut ibi, §. item laici.* Episcopi autem tenentur ad observationem decretorum Concilij Provincialis etiam, quod lapsu decennij non fuerint observata, *ut ibidem in verb. ibi nec Episcopi, & subtit. Majoricen.*

Capitula etiam exempta, & immediate Sedi Apostolicæ subiecta tenentur ad observationem decretorum illius Concilij Provincialis, ad quod eorum Episcopus accessit, *ut in decis. super eodem cap. 2. subtit. Vercellen. & in ver. ibi observent.*

9 Episcopi autem, ¶ qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligere, in cujus Synodo provinciali cum alijs interesse, & quæ sibi ordinata fuerint observare, ac observari facere debent, ut per Concil. Trident. *eadem cap. 2. §. item Episcopi sess. 24. & qui modo prædicto semel Archiepiscopum elegerunt, ¶ si ad Synodum non accesserint, debent causam allegare, quæ, si legitima non fuerit, pœnas à sacris canonibus sancitas incurrunt, ut d. cap. 2.*

*in fine, & congregatio Conc. super eod. cap. in verb. isti Episcopi. Pœnæ autem à sacris canonibus infl. etæ sunt, quod Episcopi interesse Concilio negligentes communionem aliorum Episcoporum usque ad sequentem Synodum sunt privati, cap. placuit il. 2. hunc. glot. in ver. communione, cap. si quis autem, cap. si Episcopus, & cap. si quis Episcoporum 18. dist. ¶ Archiepiscopus enim, Episcopusve, non convocans Synodum de jure communi venit suspendendus, sed non est suspensus ipso jure, ut decis. super d. cap. 2. quæ incipit, Archiepiscopus.*

12 Synodi quoque diocesanæ ¶ quotannis celebrari debent, ad quas exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione interesse deberent, ¶ & capitulis generalibus non subduntur, accedere tenentur ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium ecclesiarum, etiam annexarum, tenentur ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse, *ut d. c. 2. §. item Episcopi, sess. 24.* etiam rectores qui nullius diocesis sunt, tenentur accedere ad Synodum diocesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior, potest eas ecclesias visitare, ex decreto ejusdem Concilij c. 9. *eadem sess. 24.* quia, cum jus habeat visitandi istos parochos, frustra viderentur visitari, nisi prius ad Synodum vocati, & instructi essent, in ijs omnibus, quæ scire eos oportet, ut fuit in eadem sacra congregatione decisum *super eod. c. 2. in verb. ad quas exempti, & quod Rectores parochialium nullius diocesis teneantur accedere ad Synodum viciniorē, fuit etiā sup. eod. c. decisum, ut in dec. subtit. Sarfinat.* Omnes etiam curam animarum habentes Synodo diocesanæ

K interesse